

13364 Δ

UNIVERSUM TOTALE,

S I V E

RERUM VISIBILIUM COMPENDIUM;

In quo

*Firmamentum Cœleste demonstratur, cum Sole, Lunâ, cæterisque Stel-
lis; uti & eorundem Usus; tum quoque Terra in suis quatuor partibus, Europâ, Asiâ, Africâ, ac
Americâ, cum earundem Regnis, atque Mercibus; accedit Modus ad investiganda omnia
Loca; similiter cuncta Mares cum nominibus suis, & juxta longum, ac latum applicata.*

In commodum Amatorum, atque Peregrinantium cum Tabulâ
Cœlesti, ac Terrestri, & Marino, hoc modo elaboratum, ac propositum.

Psal. 8. vers. 4. *Quum videbo Cœlos tuos, opera digitorum tuorum: [Solem] Lunam, & Stellas, quæ tu fundasti.*
Vers. 7. *Constituisi eum super opera manuum tuarum: omnia subjecisti sub pedibus ejus.*

OPERA, ac STUDIO

LUDOVICI VLASBLOM,

Med. Doct. ac Matheseos Cultoris.



AMSTELÆDAMI,

Apud JACOBUM ARNOLDI, COLUMNAM, Bibliopolam, in plateâ
novâ Cochlearâ, sub signo Columnæ Flammeæ.

UNIVERSUM TOTALE,

S I V E

Compendium Rerum Visibilium.



Universum visibile consistit in *Cælo, Solo, Salo, & omnibus iis*, ex *Solo, & Salo* inveniendis. *Cælum*, seu Firmamentum supra nos quaquaversum extensum donatum est mirabili ornamento in omnium viventium commodum; nempe, *Sole* calefactorio, augmentante *Lunâ*, ac indigitantibus *Cæli Stellis*.

Sol autem Luminum primarius periodum absolvit suam 364. dierum spacio, & 6. horarum, quibus 360. gradus metitur, gradus ad milliaria Germanica 15. computatur. Initium cursus Solaris est 22. *Martij* die; nimirum, in 1. *Arietis* gradu, (diebus tunc, ac noctibus per totum Orbem terrarum æquatis) ascendendo per *Taurum & Geminos* ad 1. gradum *Canceri*, qui est 22. *Junij* die, ubi *Sol* in Boream locum summum petierit, ac descendit tunc per *Leonem, & Virginem* ad 1. gradum *Librae*, qui est 22. die *Septembris* (diebus noctibusque rursus cœquatis in toto orbe) hinc ulterius reclinans per *Scorpium*, ac *Sagittarium* inferius ad usque 1. gradum *Capricorni*, qui est 22. *Decembris* die, ubi *Sol* locum infimum nostri respectu ingreditur; tunc readscendit per *Aquarium, & Pisces* ad 1. gradum dictum *Arietis*: finiens adhuc modum circulum suum per quatuor anni tempora; ut sunt, *Ver, Æstas, Autumnus, ac Hyems*.

Luna verò cursum perficit suum 27. dierum, ac 6. horarum intervallo, adeo ut duodecies respectu *Solis* unicæ periodi circuitum suum ita absolvat. Peculiare regimen obinet *Luna* in fluxibus Maris, ac in augmentum, & decrementum multarum creaturarum terrenarum, ac marinarum.

Stellæ sunt vel mobiles, vel fixæ: Fixæ autem maximi usus sunt penes Nautas propter locorum notitiam de nocte: Mobiles verò *Stellæ* singularis operationis sunt ex influentiis secundum constitutionem in duodecim *Cæli* domibus circa *Solem*, à quo omnes *Stellæ*, uti & *Luna* lumen suum participant. Nuncupatæ autem hæc mobiles *Stellæ*, cum *Sole*, ac *Lunâ*, ita sonant, ut sunt, *Saturnus, Jupiter, Mars, Mercurius, & Venus*; quæ & specialium periodorum sunt; sic *Saturni* periodus est 30. annorum; *Jovis* autem est 12. annorum; *Martis* verò 3. annorum; ac *Mercurij, & Veneris* unius anni. Dictarum *Stellarum* numerus est à Majoribus nobis tam in arctico, quam in antarctico Hemisphærio descriptus ex mensurâ eorum in toto 1022: & ut ritè distinguantur in 48. Constellationes digestus. Harum 12. *Solis* viam occupant, supra nominatæ; 21. Septentrionalem, & 15. Austrinam *Cæli* plagam recipiunt.

Constellationes 21. hæc methodo versus Boream procedunt.

habet stellas.		stellas.		stellas, obscuras.		stellas, obscuras.	
1. <i>Ursa Minor</i>	{ 7.	6. <i>Corona Borealis</i>	{ 6.	11. <i>Persæus</i>	{ 27.	16. <i>Aquila</i>	{ 16. 6.
2. <i>Ursa Major</i>	{ 31.	7. <i>Hercules</i>	{ 27.	12. <i>Auriga</i>	{ 10.	17. <i>Delphinus</i>	{ 10.
3. <i>Draco</i>	{ 30.	1. <i>Lyra</i>	{ 11.	13. <i>Ophiuchus</i>	{ 24. 5.	18. <i>Equulus</i>	{ 4.
4. <i>Cepheus</i>	{ 11.	8. <i>Cygnus</i>	{ 17.	14. <i>Serpens Ophiuchi</i>	{ 18.	19. <i>Pegasus</i>	{ 18.
5. <i>Bootes</i>	{ 18.	10. <i>Cassiopea</i>	{ 26.	15. <i>Sagitta</i>	{ 6.	20. <i>Andromeda</i>	{ 24.
					{ 4.	21. <i>Triangulum</i>	{ 3.
						<i>Coma Berenices</i>	{ 14.

Constellationes 12. Signorum dictorum *Zodiaci*; quorum 6. Signa versus Boream, 6. signa versus Austrum sunt.

habet stellas, obscuras.		stellas, obscuras.		stellas, obscuras.		stellas, obscuras.	
1. <i>Aries</i>	{ 15. 5.	4. <i>Cancer</i>	{ 12. 4.	7. <i>Libra</i>	{ 10. 9.	10. <i>Capricornus</i>	{ 21.
2. <i>Taurus</i>	{ 47. 11.	5. <i>Leo</i>	{ 33. 8.	8. <i>Scorpius</i>	{ 21. 3.	11. <i>Aquarius</i>	{ 34. 4.
3. <i>Gemini</i>	{ 24. 7.	6. <i>Virgo</i>	{ 31. 6.	9. <i>Sagittarius</i>	{ 32.	12. <i>Pisces</i>	{ 35.

Constellationes 15. verò versus Austrum *Lineæ Equinoctialis*, ita sese habent.

habet stellas.		stellas.		stellas.		stellas.	
1. <i>Cetus</i>	{ 23.	5. <i>Canis Major</i>	{ 16.	9. <i>Crater</i>	{ 8.	13. <i>Ara</i>	{ 12.
2. <i>Orion</i>	{ 38.	6. <i>Canicula</i>	{ 2.	10. <i>Corvus</i>	{ 5.	14. <i>Corona Australis</i>	{ 12.
3. <i>Eridanus</i>	{ 34.	7. <i>Argo</i>	{ 65.	11. <i>Centaurus</i>	{ 45.	15. <i>Pisces Austrinus</i>	{ 12.
4. <i>Lepus</i>	{ 13.	8. <i>Hydra</i>	{ 2.	12. <i>Lupus</i>	{ 30.	<i>El Cruxero</i>	{ 4.

12. Constellationes novæ Circa Polum Antarcticum.

habet stellas.		stellas.		stellas.		stellas.	
1. <i>Indus homo</i>	12.	4. <i>Musca</i>	4.	7. <i>Dorado</i>	4.	10. <i>Pheenix</i>	13.
2. <i>Pavo</i>	14.	5. <i>Chamaeleon</i>	8.	8. <i>Colombus Noach</i>	11.	11. <i>Pica Indica</i>	7.
3. <i>Apis Indicus</i>	9.	6. <i>Pisces volans</i>	5.	9. <i>Hydra Serpens</i>	15.	12. <i>Grus</i>	11.

Absolutâ cursim *Cæli* constitutione cum Luminibus ejusdem mirabilibus, pertractemus ulterius situm *Terræ*.

Terra itaque est quatuor divisa partibus, ut, in *Europam, Asiam, Africam, & Americam*: habet autem *Mundi* medium supra *Terram, & Aquam*, ortum, ac occasum versus; boreamque, & austrum versus in suo toto circulo 360. gradus, id est, 5400. milliaria Germanica in longum, ita & in latum. Uniuscujusque *Mundi* partis longum, ac latum eo modo mensuratur: ut,

EUROPA comprehendit secundum longum 1200. milliaria Germanica, & secundum latum 675. milliaria Germanica.

ASIA capit pro longo suo 1800. milliaria Germanica; atque pro lato suo 1275. milliaria Germanica.

Universum totale, sive Compendium Rerum Visibilium.

AMERICA complectitur in longo suo 1200. milliaria Germanica, & in lato suo 1050. milliaria Germanica. **AMERICA** tandem in longitudine obtinet 1950. milliaria Germanica, & in latitudine 1200. milliaria Germanica. Cognitâ uniuersusque *Mundi* Partis versus longum, ac latum Constitutione; Iustremus porro quæ Regna, & quæ Mercimonia in iisdem continentur.

EUROPA possidet hæc regna, uti *Statum Ecclesiasticum*, in *Italiâ*, sub *Pontifice Romano*, s. *Romanum Imperium* in *Germaniâ*; tum regna *Hispaniæ*, *Galliæ*, *Angliæ*, *Scotiæ*, *Irlandiæ*, *Norvegiæ*, *Daniæ*, *Sueciæ*, *Poloniæ*, ac *Moscoviæ*, ut & *Republicas Venetiarum*, *Helvetiæ*, ac 17. *Provinciarum*: Item, *Hungariam*, *Valaciam*, *Moldauiam*, *Bulgariam*, *Romaniam*, *Græciam*, *Dalmatiam*, & *Croatiam*; Denique Insulas *Majoricam*, *Minoricam*, *Tuicam*, *Corficam*, *Sardiniam*, *Siciliam*, ac *Candiam*.

Italia autem partita est in hæc partes, ut in *Republicam Genuensem*, *Ducatum Mantuanum*, *Statum Ecclesiasticum*, *Republicam Venetam*, *Regnum Neapolitanum*, ac Insulas *Siciliæ*, *Corficæ*, atque *Sardinie*.

Mercimonia *Italiæ* sunt fericum, holosericum, fericum densius, pannus fericus, holosericus pannus, subfericum, staminium, bobycinum, arma, fila ex auro, ac argento, oriza, alumen, nuces gallarum, vitra, ac specula, &c. *Primaria Civitas Italiæ* est *Roma*: hic datur sedes *Pontificis*.

Germania in duas partes diuisa est, prima in tribus membris consistit, uti, membrum primum continet septem *Electores S. R. Imperii*, nempe, *Moguntinum*, *Treuirenses*, *Coloniensem*, *Brandenburgensem*, *Heyelburgensem*, *Saxoniensem*, ac *Bavariæ*: sed membrum secundum complectitur *Ecclesiasticos*, ac *seculares Principes*; & tertium membrum habet *Urbes S. R. Imperii* liberas; juxta hæc omnia dantur adhuc decem illi *Germaniæ* Circuli; diciturque pars altera, *Germania Superior*, altera pars, *Inferior*, de quâ infra.

Meres *Germaniæ* sunt aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, alumen, argentum vivum, colores, vana, lana, lintea, bobycinum, arma, diuersaque armorum genera, fabrica æris, atque ferri, &c. *Vienna* in *Austriâ*, *Civitas Palatii Imperatoris* est.

Hispania scilicet in has portiones distinguit, uti sunt, *Castilia*, *Portugalia*, *Algarbia*, *Andalusia*, *Granada*, *Murtia*, *Valentia*, *Catalonia*, *Arragonia*, *Navarra*, *Biscaya*, *Galicia*, *Leon*, atque *Asturia*; cum Insulis *Majoricâ*, *Minoricâ*, *Tuicâ*, & *Siciliâ*.

Hæc *Hispaniæ* regna ea mercimonia proferunt, vinum, oleum, orizam, fructus *Hispanicos*, glycirrizam, fericum, linam, suberem, resinam, chalybem, ferrum, ac arma, &c. *Madritum* oppidum est, in quâ Regis *Hispaniarum* aula habetur, in *Castiliâ* veteri; Regis verò *Portugaliæ* *Ulyssipone* ad *Tagum*.

Gallia possidet has *Provincias*, *Galliæ* notiores, uti sunt, *Bretagne*, *Normandie*, *Picardie*, *Champagne*, *la France*, *Beauce*, *Berry*, *Blaisois*, *Vendosme*, *Perche*, *Gastinois*, *Senonais*, *Valois*, *le Maine*, *Touraine*, *Anjou*, *Poictou*, *Xantoigne*, *Perigord*, *Limousin*, *Bourbonnois*, *Lyonnois*, *Forez*, *Beaujolais*, *Auvergne*, *Angoulesme*, *Auxerre*, *Nevers*, *Bourgogne*, *Quercy*, *Gascogne*, *Languedocq*, *Provence*, *Dauphine*, *Vern*, *la Bresse*, *Lorraine*, *Oragne*, *Avignon*, *Savoie*, &c. *Parisi* Urbs in l'Isle de *France* in *Galliâ*, *Lupatæam* *Regis* possidet.

Meres *Galliæ* sunt triticum, fecale, boves, porci, sal, oleum, castanea, amygdala, pruna, corallia, tela canabina, atque vellera, &c.

Anglia hæc 39. Comitatus floret, quæ accesserunt adhuc 13. Comitatus in *Walliâ*: uti sunt, *Northumbria*, *Cumberlandia*, *Durhamia*, *Westmorlandia*, *Lancastria*, *Chestria*, *Dominium Carnarvonsense*, *Denbigenense* *Dominium*, *Flintia*, *Dominium Merionethense*, *Montgomeryense* *Dominium*, *Salopia*, *Cardigania*, *Radnor*, *Vigornia*, *Cornwallia*, *Dominium Devonssense*, *Somersetia*, *Dorsetia*, *Wiltia*, *Glocestria*, *Monmouthia*, *Glamorgania*, *Carmardia*, *Pembrocia*, *Brecknoia*, *Herefordia*, *Eboracum*, *Lincolnia*, *Darbia*, *Staffordia*, *Nottingamia*, *Licestria*, *Rutlandia*, *Northfolcia*, *Varnicia*, *Northamptonia*, *Huntingdonia*, *Cambrigia*, *Suffolcia*, *Oxonia*, *Buckinghamia*, *Bedfordia*, *Herfordia*, *Essexia*, *Barcia*, *Middlesexia*, *Southamptonia*, *Surria*, *Suffexia*.

Mercaturæ *Angliæ* sunt pannus, levidensa, staminium, lana, hordeum, pannus tramosericus, crocus, stannum, plumbum, triticum, byna, cerevisia, haleces siccata, carbones fossiles, ac ligna. *Londinum* in Comitatu *Middlesexia* in *Angliâ* Regis *Angliæ* Basilicâ gaudet.

Scotia est sequestrata in meridionalem, seu altam, & in borealam, sive depressam *Scotiam*. Fluvius *Tueda* *Angliam* à *Scotiâ* separat. In *Scotiâ* vigent duo Archiepiscopatus, ac undecim Episcopatus.

Mercimonia *Scotiæ* habentur panni grossi, staminium, lana, hordeum, byna, pisces, vellera, plumbum terrestre, atque carbones fossiles. *Edynburgum* in *Scotiâ* quondam *Scotiæ* Regis Urbs fuit.

Irlandia quinque *Provinciis* gaudet, uti sunt, *Langenia*, *Connacia*, *Ultonia*, *Momonica*, atque *Media*. In eadem continentur triginta Comites, quatuor Archiepiscopi, ac viginti quatuor Episcopi.

Meres *Irlandiæ* sunt vellera bovina, pisces, grana, butyrum, ligna quercina, &c. *Dublinum* in *Irlandiâ* *Vice* Regis sedes est.

Islandia est diuisa in *Austlendingam Fiordung*, *Westlendingam Fiordung*, *Nortlendingam Fiordung*, & *Zuydlendingam Fiordung*. Præsidet in *Islandiâ* *Vicarius* Regis *Daniæ*.

Mercaturæ ejusdem sunt pisces, sive stellæ majores arefacti, tibialia varia, grana, arque sulphur, &c.

Norvegia in *Scandiam*, & *Scandinaviam* distinguitur. *Civitas* in eadem *Anflo* dicta Episcopi sedem obrinet, *primaria Norvegiæ* Urbs mercatoria est *Berga*.

Mercimonia *Norvegiæ* sunt planæ, mali, tigni, vellera hircina, & ligna combustibilia. *Vice* Regis oppidum habetur in *Norvegiâ*.

Dania in *Jutiam*, *Fioniam*, *Zeelandiam* & *Scandiam* diuisa cernitur, juxta eandem Insulæ circumjacentes dantur variæ. *Universitas Daniæ* unica est, quæ *Hafnia* in *Zeelandiâ* habetur.

Meres *Daniæ* sunt boves, hordeum, byna, pisces, arefacti, axungia, nuces avellanæ, corium hircinum, vellera, mali, affores, lignum quercinum, tigni, lignum filum, pix, pex liquida, &c. *Hafnia* in *Zeelandiâ* insulâ *Daniæ*, *Regiam* obrinet.

Suecia in regiones *Godlandicas* distincta est; uti sunt, *Oostgotia*, *Westgotia*, *Zudgotia*, seu *Smalandia*, *Tuiscia*, *Vendalia*, *Neringia*, ac *Oelandia*: & in *Suecicas* regiones, uti sunt, *Uplandia*, *Westmannia*, *Westdalia*, *Oostdalia*, *Soladalia*, *Gestrucia*, *Helsingia*, *Warmelandia*, *Middelpadia*, *Nord-angermannia*, *Nord-botnia*, *Srienfinia*, *Lapponia*, *Finnia*, *Corelia*, ac *Ingria*.

Mercimonia *Sueciæ* sunt, ferrum, æs, plumbum, vellera, alcis, & hirci corium, axungia, pix liquida, byna, hordeum, nuces avellanæ, &c. *Holmia* verò aulâ *Regali* gaudet, eadem verò in *Uplandiâ* sita est.

Polonia sequestratur in *Poloniam* magnam, ac in *Poloniam* parvam. *Civitates* in *Poloniâ* magnâ sunt, *Posna*, *Gresna*, *Siradia*, *Uladisllavia*, *Brescia*, *Crusphicia*, *Ploczkovia*, & *Dobrinia*: In *Poloniâ* parvâ hæc sunt *Urbes*, *Cracovia*, *Sandomiria*, *Lublinum*.

Meres



STELLATUM PLANISPHERIUM.



Quantitates BOREALE.

- Præce
- Secunde
- Tertie

AUSTRALE Stellarum.

- Quarte
- Quinte
- Sexte

Autore Sudovico Masblom.

Med. Doct. ac Mathematico.

1912/12/17



Universum totale, sive Compendium Rerum Visibilium.

Merces *Poloniae* sunt triticum, secale, succinum, cera, cerevisia jopenfis, mel, hydromel, vellera, linum, canabis, pix, pix liquida, cineres smegmaticae, atque ligna quercina. *Warzovia* in Ducatu Warzoviensi civitas *Poloniae* Regis habetur. *Moscovia* in *Russiam*, quæ & *Roxolamiam* nuncupatur, nigram atque albam separatur. Primaria *Moscoviae* Civitas est *Moscuæ*; ubi Ducis magni *Moscoviae* sedes est.

Abundat in *Moscovia* secale, triticum, mel, cera, axungia, sebum, vellera cervina, linum, canabis, &c.

Respublica *Veneta* dividitur in tres integras Provincias, ut sunt, Marca Tarvisina, Forum Julii, & Istria, cum portione quâpiam *Lombardia* ad *Padum* flumen aditâ, quæ est regio *Bresciana*, *Bergomana*, ac *Veronensis*, cum Dominio *Cremonensi*.

Mercaturæ *Venetiarum* sunt, sericum, aromata varia, frumentum, vinum, ac vitrum: *Venetiae* locum habent Palatii Serenissimi Ducis *Venetorum*.

Suevia, sive *Helvetia* in quatuor regiones distinguitur, ut sunt, *Surichgovia*, *Wipflisburgergovia*, *Argovia*, ac *Turgovia*: Tribus membris constat *Suevia*; eorum primum floret 13. pagis; apud *Italos* Cantoni, dicti; secundum autem continet confœderatos, ut *Abbatem*, ac *Urbem* s. *Gal*: Tertium verò complectitur *Dynastias*, quas *Helvetii* vice-runt: *Suevia* Respublica in locis quibusdam agnoscit suos Superiores.

In *Suevia*, sive *Helvetiâ* sunt, ferrum, grana, atque vina, et in magnâ copiâ pro usu humano.

17. *Provinciae* sunt pariter in decem Provincias Regias, quæ sunt 1. *Artesia* Comitatus, quæ habet 10. urbes, & 754. pagos. 2. *Hannonia* Comitatus possidet 24. urbes, & 950. pagos. 3. *Namurcum* Comitatus continet 4. oppida, & 184. pagos. 4. *Luxeburgum* Ducatus obrinet 23. civitates, & 1183. pagos. 5. *Limburgum* Ducatus amplectitur 5. urbes, & 123. pagos. 6. *Flandria* Comitatus habet 30. oppida, & 1154. pagos. 7. *Brabantia* Ducatus habet 26. civitates, & 700. pagos. 8. *Geldria* Ducatus continet 22. urbes, & 300. pagos. 9. *Mechlinium* Dominium unicam urbem, & 9. pagos possidet. 10. *Antverpia* Marquisatus unicâ Civitate viget.

Et in septem *Provincias*, quæ sunt etiam Confœderatæ appellatæ; ut 1. *Geldria* Ducatus potior pars, quæ ut supra in toto 22. urbes & 300. pagos habet. 2. *Hollandia* Comitatus continet 29. civitates, ac 400. pagos. 3. *Zeelandia* Comitatus complectitur 9. Civitates, & 105. pagos. 4. *Ultrajectum* Dominium obrinet 5. oppida, ac 70. pagos. 5. *Frisia* Dominium 12. civitates, ac 490. pagos habet. 6. *Trans-Isalania* Dominium 12. Urbes, & 101. pagos. 7. *Groninga* Dominium habet unum oppidum, & 145. pagos.

Verumenimverò quandoquidem hæc 17. *Provinciae* totius *Europæ* promptuarium universale sint; hinc est, cum dicta Mercimonia ex aliis regionibus habeant, ideo eadem *Regioni* omni exteræ communicant per navigationes earundem famosas.

Provinciae aliâs hæc 17. ex sinu proprio multifaria grana, butyrum, caseum, linum, canabini, aliaque mercimonia plura habent.

In 10. *Provinciis* Regiis præest Vicarius ex auctoritate Regis *Hispaniarum*, qui sedem obtinet *Bruxellis* in *Brabantia*; ac in 7. *Provinciis* Confœderatis aula Vicarii Principis *Auriaci* datur *Hagæ-Comitis* in *Hollandiâ*.

Quod attinet *Hungariam*, *Valachiam*, *Moldaviam*, *Bulgariam*, *Romaniam*, *Dalmatiam*, *Græciam*, &c. cum *Insulis* *Majoricâ*, *Minoricâ*, *Yvicâ*, *Corsicâ*, &c. Brevitatis ergo hæc regiones omittuntur describendâ; proinde consulas *Atlantem* terrestrem *Joannis Blæu*, ac aliorum.

ASIA verò ea continet regna, ut sunt *Tartaria*, *Natolia*, *Syria*, *Terra Sancta*, *Armenia*, *Arabia*, *Media*, *Assyria*, *Parthia*, *Persia*, *Sigistan*, *Corasan*, *Chirman*, *India Orientalis*, *Gufarata*, *China*, *Bengala*, *Malacca*, *Japonia*, &c. juxta hæc etiam ferè innumeras formosas *Insulas*, quarum hæc primariæ sunt, ut *Sumatra*, *Java*, *Borneo*, *Celebes*, *Gilolo*, *Mindanao*, *Luconia*, *Ceylon*, ac *Formosa*. In *Terrâ Sanctâ* datur *Hierosolyma*.

Merces ex *Asia* in alias *Regiones* transportabiles, sunt *piper*, *caryophilli*, *nuces moscatæ*, *macis*, *oleum Balsami*, *thus*, *rhabarbarum*, *moschus*, *radix China*, *lapis bezoarticus*, *perlæ*, *porcellanæ*, *sericum*, *gossypium*, *lacca*, *oryza*, &c.

Insulæ sequentes *Indicæ* alia mercimonia per terrarum *Orbem* proferunt, & transportant.

Java *Insula* magnam *piperis* quantitatem producit. Hic sedes Generalissimi Præfecti *Indiarum* datur in *Urbe Batavia*.

Banda *Insula*, aliæque circumjacentes *Insulæ* *nuces Moscatas*, atque *Macim* proferunt.

Insulæ Molucenses, uti hæc quinque *Ternate*, *Tidor*, *Moir*, *Machiam*, & *Bachiam* generant solum *caryophillos*. *Paradiis aves* etiam hic reperiuntur.

AFRICA hodierno tempore in quatuor partes distincta venit, ut sunt *Barbaria*, *Numidia*, *Lybia*, & *Æthiopia*.

Sub *Barbariâ* sunt regna *Marocco*, *Fezza*, *Telefina*, atque *Tunetum*.

Sub *Numidiâ* sunt regna *Gualata*, *Zanhaga*, *Zuenziga*, *Targa*, *Berdoa*, *Gaoga*, *Borno*.

Sub *Lybiâ* sunt regna *Genchoa*, *Caniva*, *Tombutu*, *Agades*, *Ghur*, *Cano*, *Cassena*, *Guangara*, & *Nubia*.

Sub *Æthypiâ* sunt regna *Melli*, *Malaguta*, *Mandinga*, *Caragotes*, *Bangana*, *Dauna*, *Zegzeg*, *Benin*, *Zanfara*, *Medra*, *Tigra*, *Ambiam*, *Cativa*, *Vangul*, *Danute*, *Gojame*, *Congo*, *Agilcumba*, *Malamba*, *Matamo*, *Bagame*, *Caveo*, *Butua*, *Matachasi*, *Canur*, *Mosambique*, *Gasabele*, *Quiloa*, *Quara*, *Melindæ*, *Olabi*, *Magadoxa*, *Doara*, *Dangali*, *Lacca*, *Barnagasso*, *Dasila*, *Ganfila*, *Cossir*, *Belli*, *Gueguerei*, *Tigremahon*, *Angota*, *Beluguanze*, *Xoâ*, *Cafates*, & *Fungi*.

Mercimonia ex his regnis provenientia sunt *aurum*, *argentum*, *dentes elephantum*, *gossypium*, *triticum*, *sal*, *crocodyli*.

AMERICA quarta, & ultima pars, de novo cognita 1492. per *Christophorum Columbum*, jussu *Ferdinandi Castiliæ* regis detecta fuit. *America* in duas partes dividitur. Una *Mexicana*, seu borealis, una verò *Peruana*, seu austrina nominatur.

Regna, ac *Regiones* in *Mexicanâ* parte *Americæ* sunt ea, ut nova *Nortwallia*, nova *Zudwallia*, *Britannia nova*, *Terra de Laborador*, *Terra Cortrealis*, *Terra nova Insula*, *Terra Canadensis*, *Terra Neobelgii*, nova *Francia*, *Virginia*, *Florida*, *Calicuas*, *Capaschi*, *Cossa*, *Tagil*, *Marata*, *California*, *Astatlan*, *Mechi*, *Culiacana*, *Galitia nova*, *Panuco*, *Tutepeque*, *Tabasco*, *Yucatan*; *Cuba*, *Hispaniola*, *Porto Rico*, *Jamaico*: hæc præcedentes quatuor sunt *Insulæ*; tum *Honduras*, ac *Veragua*.

In *Peruanâ America* parte sunt *S. Martha*, *Andalusia nova*, *Gujana*, *Caribana*, *Arowaccas*, *Epuremei*, *Brasilis*, *Xarayas*, *Moxos*, *Tucuman*, *Chica*, *Chili*, *Chicas*, val de *Xuxu*, ac *Peru*.

Mercimonia ex *Americâ* sunt *aurum*, *argentum*, *lapides pretiosi*, *lapis bezoarticus*, *falsa parilla*, *faccharum*, *lignum Brasiliense*, *gossypium*, *plumæ*, *simiæ*, *similiaque*.

In his quatuor *Mundi* partibus aves multifariæ sunt, animalia, arbores, & plantæ in fundo, ac sub *Terrâ* varia jam dicta metalla, *lapides pretiosi*, *sal*, *sulphur*, *sal nitri*, *aquæ fontanæ*: Item *flammæ internæ*, quæ per montes evomuntur cæteraque.

Perceptâ *Terræ* constitutione de quantitate ejusdem in toto, partiumque quatuor in specie, uti & quænam *Regna* in unaquâque parte sunt; item quænam *Mercimonia* continent. Restat, ut de *Aquâ* ulterius dicamus.

Universum totale, sive Compendium Rerum Visibilium.

Aqua igitur ipsa *Terrâ* est major, id est, longior, & latior in *Mundo*; eandem nunc quoque in varia distinguemus *Maria*, secundum iis nomina imposita; longum, latumque eorundem dimensurando; Dein, *Marium* contentum speculabimur ad illa usque, quæ in Fundo reperiuntur.

Primò, sese offert *Mare Septentrionale* nobis quam maximè vicinum, idem verò à Stricto *Dovre*nsi, & *Caletensi* ad *Hitlandiam* continet in longum 200. milliaria Germanica, & in latum 120. milliaria Germanica.

Secundò, *Mare Balticum* habet in longo 300. milliaria Germanica, & in lato 135. milliaria Germanica.

Tertiò, *Mare glaciale* ab *Hitlandiâ* ad *Groenlandiam* est in longo 150. milliaria Germanica, & ab Angulo Orientali *Hitlandiæ* ad *novam Zemlam* in lato 1200. milliaria Germanica.

Quartò, *Mare Album* inter *Lapponiam*, & *Moscoviam* est in longo 150. milliaria Germanica, ac in lato 30. milliaria Germanica.

Quintò, *Oceanus Atlanticus*, sive *Mar del Nord* comprehendit ab *Islandiâ* usque ad *terram Australem* sub *lineâ Equinoctiali* in longo 1800. milliaria Germanica, atque in lato 1350. milliaria Germanica.

Sextò, *Mare Mediterraneum* capit in longo 745. milliaria Germanica, & in lato 150. milliaria Germanica.

Septimò, *Mare Adriaticum*, seu *Canalis Venetus* est in longo 120. milliaria Germanica, & in lato 35. milliaria Germ.

Octavò, *Pontus Euxinus* propè *Constantinopolim* habet in longo 210. milliaria Germanica, & in lato 120. milliaria Germanica.

Nonò, *Mare de Sala* penes *Persiam* metitur in longum 225. milliaria Germanica, & in latum 105. milliaria.

Decimò, *Oceanus Orientalis Indiæ* à promontorio *bonæ Spei* ad *Islas de las Velaz* habet in longum 1875. milliaria Germanica, ac ab Urbe *Ormo* in *Persia* ad *Terram Australem* incognitam, in latum 1200. mill. Germanica.

Undecimò, *Mare Rubrum* est in longo 300. milliaria Germanica, ac in lato 45. milliaria Germanica.

Duodecimò, *Mare Persicum* habet in longo 240. milliaria Germanica, & in lato 90. milliaria Germanica.

Decimo-tertiò, *Mare Pacificum*, *Marium* omnium maximum, continet in longo 2100. milliaria Germanica ab *Islas de las Velaz* ad urbem *Aricam* in *Peru*, & in lato, à promontorio *Hondo* in *Americâ boreali* ad *Terram Australem* incognitam, 1500 milliaria Germanica.

Decimo-quartò, *Mare Tartaricum* denique habet pro longo 750. mill. Germanica, & pro lato 450. mill. Germ.

Aqua verò licet ita in diversa dividatur *Maria*, attamen omnis illa continua est, ut idipsum ex *Mundi* Tabulâ manifestum est. Longum, & larum *Maris*, sive *Aquæ* in toto delineatum ulterius indigitat bona ex eodem provenientia.

Aqua igitur continet in suo humido genera ferè piscium innumera; imò ex *Physicorum* sententiâ ideas, seu formas omnium creaturarum, quas *Terra* generat; Piscium primarii sunt ii; ut, *Balæna*, *dolphin*, *enifer*, *ursio*, *afellus major*, *afellus minor*, *salmo*, *halæx*, *passer*, &c. hi marini sunt pisces; at verò in lacubus, ac fluviis generantur *Cyprinus latius*, *lucius*, *tinea*, *perca*, *carpio*, *porcellus*, *alôsa*, *accipenser*, & similes.

Fructus, & incrementa in *Maris* fundo quoque varia sunt, ut *corallum rubrum*, & *album*, *margaritæ*, *magnes*, multifariæ pulcræ *corniculorum concharumque* species, *ostrea*, *musculi*, atque *testudo*: &c. *Aqua* adhæc multum hominibus præbet, siquidem in dorso portet magnas, parvasque arces marinas, i. e. naves, quæ in omnes *Mundi* plagas plurimas Merces transportant, ac in sustentationem mutuam reportant.

Aqua in quatuordecim *Maribus* unâ sumpta comprehendit in sese 15695. milliaria Germanica.

Terra verò in quatuor suis partibus simul computata reddit 10350. milliaria Germanica.

Instructio pro Tabulâ Cœlesti, ac Terrestri.

UT Descriptio antè memorata apud *Stellarum Cœli* Tabulam 48. Imaginibus, seu Constellationibus comprehensam, magis magisque innotescat; attendendum est ad Septentrionales, ac Australes Constellationes, ubi earundem nomina apud Imagines singulas reperiuntur; tum ulterius usu addiscenda est *Stellarum* principaliorum Declinatio, tam boream, quam austrum versus, quoad *Lineam Equinoctialem*.

Et quò loca quæpiam Terrena, ac Marina apud *Mundi* Tabulam investigentur; notandum est sedulò, quod *Linea Equinoctialis* versus ortum, ac occasum vergens dicitur *linea* ea intermedia; at verò circulus ille obliquus *Lineam Equinoctialem* in medio transiens, vocatur *Zodiacus*, seu *Via Solis*. Sed circuli ii, qui in ortum, ac occasum vergunt, nuncupantur circuli paralleli; Circuli autem illi, qui boream, ac austrum petunt appellantur circuli meridiani: hi inserviunt pro mensurandâ locorum terrestrium ac marinorum latitudine, tam versus boream, quam versus austrum *Lineæ Equinoctialis*; Circuli verò Paralleli dicti, ii sunt pro mensurandâ longitudine in terris, ac in *Maribus*; ubi *Linea Equinoctialis* gradus hosce continet pro longo, ut duo illi Circuli Meridiani exteriores pro lato, quibus *Terra* cum *Maribus* est inclusa; uti illa omnia in Tabulâ *Mundi* conspiciuntur.

Universum Totale artificiosè nunc datur in quatuor Voluminibus Contextum, quæ sunt;

Primò, *Atlas Cœlestis*, seu *Harmonia Macrocosmica Andree Cellarii, Palatini*, cum 30, figuris æneis de *Sole*, *Lunâ*, & cæteris *Stellis*, fol. apud *Joh. Janssonium à Waesbergen*, Amstelodami.

Secundò, *Atlas Terrestis* magnus, & contractus, hic duorum Tomorum, sed iste duodecim Tomorum *Gallicè* impressus est, fol. apud *Joh. à Waesbergen*, & *Joh. Blæu*, Amstelodami.

Tertiò, *Atlas Marinus* per totum *Terrarum* Orbem, impressus apud *Arnoldum Columnam*, Descriptore *Ludovico Vlasblom*, Med. Doct. ac Mathematico, Amstelodami.

Quartò, *Atlas*, seu *Mundus Subterraneus*, tractans de iis rebus, quæ sub terrâ, ac in ejusdem superficie reperiuntur, &c. Auctore *Athanasio Kircherò*, fol. apud *Joh. à Waesbergen*, Amstelodami. Editio secunda.

Coronidis loco notetur, quod *Atlas Cœlestis* Cœlorum Interiorum, sive *Gloria Divina* Manifestata, (Deo Opt. Max. annuente) lucem publicam adspiret. Opus antè non visum, sed à plurimis quam maximè exoptatum.

P O S T - L O Q U I U M.

UT Universum totale quoquo modo generatim concipiamus, intelligamus; Commodas sanè præfecimus huic negotio Tabulas; alteram de utroque Hemispherio Cœlesti cum 60. Constellationibus ornato, quæ quasi domicilia in Cœlo Stellato considerandæ, in quæ Astrorum Mansiones reperiendæ feliciter habentur: uti de iis s. *Johes* cap. 38. loquitur; de *Plejadibus*, *Orione*, *Arcturo*, *Plautroque Bootis*; ac auctores plurimi profani: alteram verò de toto *Terrarum* Orbe cum suis *Maribus* annexis, quæ ambæ Cœlestis scilicet, ac terrestris cum *Maribus* combinatæ Scrutatoribus admodum utiles, & græte ut sint oportet: at verò Ignorantibus malevolis lux illa Naturæ univærsæ proposita non datur, sed Industriosis: ut ii cum *Gerardo Mercatore* Cosinographo insigni finem eum assequantur, quando sic ait: *Necessaria*, & jucunda est generalium contemplatio, ei, qui vel minimam naturalium rerum, ac *Mundi* cognitionem possidere aveat: si enim considerare libeat, quis *Solis* ortus, & occasus, quæ æstatis, vel Hyemis causa, ac unde dierum, & noctium inæqualitas exillat, quid tandem, & quo in loco natum, propagatum, actum, gestum, mutatum, ac conversum jam inde à rerum conditarum initio fuerit, id omne non aliunde magis appositè quam ex *Mundi* universi Tabulis, ac ejusdem partibus sine periculo omni, ac honestâ cum animi voluptate didiceris: si autem nonnullis brevitatibus stylius non arideat; addant, augmentent quæso ad marginem, id quod mihi maximè in Editionem fortassis alteram commodum fore sperabo: Valte.

in
The Journal
of
L. C. ...
L. C. ...